pacemque propterea deo et hominibus gratissimam, efficaciter scismatis materia sublata, procurare sancte sedis apostolice ordinacione mediante. Stilum ac animum studiosum, ut olim fecerim in Seburg, converti instrumentumque et formulam supplicacionis fieri meis expensis procuravi proprios libros ut sic impignorando, et appellatum est coram diversis notariis in Wissenuels Czeitz et tandem ad cautelam in opido Pegaw diocesis Merseburgensis, sed nullus patrum neque hominum neque notariorum meruit horum copiam retinere. Quibus omnibus diligenter inspectis debiteque masticatis provincia aput sanctissimum tria principaliter est petitura: primum ut odiosa irracionabilisque saltem moderno tempore exempcio fratrum de observancia nuncupatorum[b]) prorsus cassetur et revocetur; 2^{um} erit, si aliquod breve contra nostram provinciam emanaverit, ut pariter revocetur et cassetur fiatque inhibicio executori ne ponatur in execucionem; 3^{um} ut dominus apostolicus compellat Lipcenses ad restituendum clenodia resque deo dicatas aput eosdem depositas ministro aut conventui cum declaracione salubri quod hujusmodi rerum preciositas non valeat reformacioni derogare. Et quare dicta sedes ad hec debeat racionabiliter inclinari, in ipso instrumento fuit per me allegatum; quod transmittens ad corrigendum, peto juxta vestre reverende paternitatis taxationem refusionem expensarum, ut multiplicentur si opus erit instrumenta predicta. Tandem dicitur quod fratres ordinis predicatorum in tali scismatica obediencia dominum apostolicum senserint per omnem modum inclinatum ad eorum intencionem. Ideo nobiscum non puto fore procrastinandum in pretactis. Paratus quoque sum juxta posse et nosse religionis incrementum subministrare et personali presencia promovere.

Frater Johannes Freitag lector principalis
in Czeitz propria manu.

Aufschrift: Reverendo in Christo patri fratri Johanni Rôthaw sacre theologie magistro egregio, fratrum ordinis minorum provincie Saxonie vicario et conventus Errfordensis regenti predignissimo.

347.

[Leipzig], 1495 Juni 11.

Hdschr.: Rathsarchiv Leipzig Rathsbuch II fol. 140.

Gregor Rothaw *verspricht,* das her den barfussennherrenn an den XII silbernn schockenn, so her inn ader iren vorsthernn von wegen eins testament schuldig ist, *in 14 Tagen 4 alte Schock und dann an jedem Leipziger Jahrmarkt 1 Schock* gutlich und ane alles vortzihenn bey der hulffe wolle betzalenn. Actum quinta in festivitatibus pentecostes xcv^{to}.

348.

1498 März 14.

Hdschr.: Rathsarchiv Leipzig Tit. I. 25^{a} (Conclusa omnium trium consulatuum) fol. 1.

Anm.: Der für die Barfüßer bewilligte Betrag ist dann Stadtrechnung 1498/99 Rubrik Fur slechte zufell. ußg. *S. 1 gebucht:* Sabato post misericordia domini *(1498 Mai 5)* den barfussennhernn zu stewer ires bawes uff beslies aller dreyer reth, alß Merten Bawer entpfangen hat, gebn xxx ß, und sollenn die mawer hinder dem closter